

Saraceno Abotio

Supplente all' Atto biteruca

alle marte di Giuliano (1590)

Padova, 20/^{XI} 1910

Carissimo Amico,

Lo sapevi che tra il Guilandino e il Cortesio vi fu
nel tuo Orto un altro insegnante? Le storie della nostra
Università non lo dicono, ma il fatto è registrato negli Atti
della Nazionale Giovinetta Artistica, come esordì delle buone
scuole che te ne accompagnò insieme col frontespizio del
edificio che uscirà tra pochi giorni, affinché tu possa
prenderne esatta nota.

È amore fatto!

Affettuosi
Lavarone

R. Deputazione Veneta di Storia Patria.

ATTI
DELLA
NAZIONE GERMANICA ARTISTA
NELLO
STUDIO DI PADOVA

PER CURA DI
ANTONIO FAVARO

VOLUME I.

VENEZIA
A SPESE DELLA SOCIETÀ

1911.

*2
1891
1892
1893
1894
1895
1896
1897
1898
1899
1900
1901
1902
1903
1904
1905
1906
1907
1908
1909
1910
1911*

1589-1590

mutionem pararent, Polonos quosdam Tridentinis permixtos meretriceas aedes (*alla casa di Dio* ⁽¹⁾) expugnare offendunt, qui cum Germanos adventare viderent, unus illorum classicum canit hostes adesse vociferatus, et his dictis temulenti illi nostros, obstantibus etiam Tridentinis, invadunt prout virtus et tela in manu erant. Nostri inter quos se fortiter gessit Caspar Flans Marchiacus, animis magnis impetum sustinent et primum hasta irruentem excipiunt, transfosso scilicet femore, quem deinceps cum ulterius, sauciatum taurum aemulans, fureret, ense per brachium in pectus adigunt et ad terram posternunt, quem cum alii sublevare nituntur, nostris, armis et numero imparibus, discedendi spacium conceditur. Ex nostris vero famulus quidam in humero dextro vulneratur, cui etiam hasta scrotum terebratum est.

Polonus sauciatus ad chirurgum deductus vitri frustula permixta mero malvatico quod abundanter ingurgitarat, cyclopi istius instar, revomuit, et parum abfuit quin una purpuream animam. Diligenti tamen cura et solertia chirurgorum in hunc usque diem vitam protraxit, laesis autem pulmonibus languida membra trahens quotidie moritur.

Atque hic conflictus halcyonia, utinam tranquillitatem aeviternam, peperit inclytae nostrae Nationi. || Sed iam valere iussis Polonis ad nostra redeamus.

Die Luciae sacro habitus est conventus Nationis in aedibus meis et statutorum praemissa lectione Domino Iungermanno opinione citius Bononiam profecto et ob id litteris relictis officium deponenti, successit Dominus Wolfgangus Schillerus Studtgardianus. In eodem conventu decretum est, prorogandam esse contributionem pro exornando et inaurando monumento Nationis, nobisque impositum est procurare locum conventibus nostris publicis. Locus enim in D. Antonii aede bis iam nobis fuerat denegatus.

AN. SALUT. CIOIOXC.

Ad VIII. Kal. Ianuarias fato cessit Excellentissimus Melchior Guilandinus Borussus, vir multiuga eruditione et scientiae medicae peritia longe praestantissimus, et ad vesperam sine ferali pompa ad D. Antonii humatus est. Demortui vicem in horto simplicium per hanc aestatem sustinuit quidam Vicentinus, cui nomen Aloisio Sarraceno.

Effluxerat iam annus et tempus ipsum anatomiam efflagitabat, iuebant statuta. Anatomicus autem tractatum de capitis ossibus vix ad umbilicum di-

(1) Così chiamata ancora fino a pochi anni or sono, prima cioè che facesse parte della prolungata via di S. Sofia.